Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift



100

celi & habitare in ramis eius similitudinem ferat non solum
alicui celestis imaginis sed ipsi regni celorum. Sic quoque pos
sibile est ut etiam cetera semina quae sunt in terris habe
ant aliquid in celestibus similitudinis ac rationis. Quid si
semina sine dubio & uirgulta sine dubio & animantia
t altilia t repentia t quadrupedia. Si & illud adhuc potest
intellegi quod si granum sinapis in una similitudinem tenet
regni celorum & habitationes auium in ramis suis si habeat
& alia imaginem profectionis scilicet fidei ita ut si quis habeat
fidem sicut granum sinapis ducat montem transferre transferet.
ita possibile est ut etiam cetera non uno aliquo sed in pluribus
speciem & imaginem celestium ferunt. Et cum plures sint ubi
gratia in grano sinapis uirtutes quae rerum celestium imagi
nem teneant. utiam & earum usus est iste qui habet aptos
homines in ministerio corporali. Ita etiam in reliquis
seminibus uel uirgultis t herbarum radicibus t etiam in a
nimantibus intellegi potest. ut usum quidem & ministerium
hominibus praebeant corporalem habeant autem incorpora
lium rerum formas & imagines quibus anima doceri possit
& instruu. ad contemplanda etiam ea quae sunt in uisibi
lia & celestia. Et fortassis hoc est quod ille scriptor diuine
sapientiae dicit. ipse enim dedit eorum quae sunt scientiam
ueram. ut sciam substantiam mundi & uirtutem elementorum. in
initium & finem & medietatem temporum. uicissitudines per